

Kreis Steinfurt

S 102

1281 Mai 19. Münster (Uppenberg).

[8]
102

Der Edle Baldwin von Steinfurt verkauft dem Albero Kneline die Vogtei über den Kaldenhof (Büchst. Delfstrup, spätl. Lamberti-Münster).

Noverint universi, ad quos presens scriptum pervererit, quod nos Baldewinus nobilis vir dominus de Stenvorde cum uxoris nostre et Ludolfi filii nostri consensu ius advocatie nobis in curte dicta Coldehof competens vendidimus Alberonu dicto Kneline et Ottone filio suo [pro] viginti et quinque marcis numerate nobis pecunie iposque infdeadimus iure eodem, hoc tamen interposito pacti tenore, quod nos ius predictum prefata pecunie summa reemendo recuperare possumus, nobis ad id facultate concessa. In cuius rei testimonium et munimen presens scriptum nostro sigillo fecimus communiri. Acta sunt hec Monasterii in Monte, ibidem presentibus Hinrico de Thetten, milite nostro dapifero, Ludolfo dicto de Monasterio, Engelberto de Dekembroke, Johanne de Tilbeke, Hinrico de Ercten, civibus Monasteriensibus, item quodam dicto Diligis de Tviclo et Hermanno filio dicti Alberonis. Hos omnes ita efficaciter contra nos de premissis posse testari, si opus esse contingeret, ac si sint vel essent veri nostri vasalli, quod expresse arbitrati sumus ibidem. Anno Domini M^oCC^oLXXX primo, secunda feria proxima ante Ascensionem ad coelos eiusdem.

Abschrift Lb. S. 20. (Knelinb., Zeitschr. 6, 272; statt Ercten ist wahrscheinlich zu lesen: Erclen, Erfelen, Kr. Höxter.)